



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-712815-p0001-1

DFG



DISPUTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA  
DE  
**SERVITIIS FEVDALIBVS**  
**EX ALLODIO PRAESTANDIS**

QVAM

ADSPIRANTE DIVINA GRATIA  
RECTORE ACADEMÆ IENENSIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO

DOMINO

**WILHELMO HENRICO**

DUCE SAXONIAE IULIAI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE VVESTPHALIAE ET RELIQUA

EX DECRETO

INCLVTÆ FACVLTATIS IVRIDICÆ

SVB PRÆSIDIO

VIRI ILLVSTRIS ET EXCELLENTISSIMI

DOMINI

**CHRISTIANI WILDVOGELII**

ICTI CELEBRATISSIMI SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSILIARI INTIMI CVRIÆ PROVINCIALIS ADSESSORIS  
FACVLTATIS IVRIDICÆ ET SCABINATVS SENIORIS  
ITEMQE IURIS PVBLICI ET FEVDALIS NEC NON  
CODICIS ET NOVELLARVM PROFESSORIS  
PVBLICI ORDINARII

PATRONI AC PROMOTORIS SVI PIE COLENDI

PRO SVMmis IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CONSEQUENDIS

PUBLICÆ ERUDITORVM DISQVISITIONI

IN AUDITORIO ICTORVM HORIS CONSVENTIS ANTE ET POMER.

SVBHCIT

**IOANN HENRICH BELOVV Salzensf**  
AD D. XXX. OCTOB. M DCC XXIII.

IENAE, TYPIS IOH. ADOLPHI MULLERI.

DISPUTATIO INAGRAVIAE TIRGIO

SERVATIUS FEYDALIAS  
BY ALLODIO RUSTICUS

AD PRAESENTES DILECTOS CETEROS

ET TONTE A VENIENTIUM ET CETERIS

SACRUM QMUS EMINENS DE TIRGO

DOMINO

WILHELI MO HENRICO

DAE SAXONIAE TALIA QMUS MONSTRAB

ANGARIAE AVESTHIAE ET RIGO

ET DUCRATO

INCIVIT ACCELESTIA ILLUDIC

QD MUNIA ET EXCELESTIA

DOMINI

CHRISTIANI ALBDOCENI

ICII CELEBRATISSIMI SERMONIS DIOCIS SAXO-LEMERICENSIS

CONSULTARI INTIMI CENS PROVINCIAE DUCASSORIS

FACTUAS VARIDICE ET SCIRNIALES EMINENT

ITEM TAE IANIS BARBI ET HADRIANI NEC NON

COPIC ET NOVATRIAM PRO ESSORIS

PAUCI ORDIANS

MATRONA ET PROTOXORIUS ET ALIUS COPULANT

PRO SUMMI IN AUTOCAE IANIS HONORIBAS

ET CONSECRANDIS

PAUCI PRUDENTER DISCUANT

IN AUDITORIO ETOXIA HORS CONSULTANT ET FORMA

SACRUM

IONAN HENRICI BELLOA SELCHI

AD DXXX OCTOBR MDCC XCVI

LENGE TIE JON ADOLPHI MULLERI

PER-ILLVSTRI GENEROSISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO.

DOMINO  
IACOBO ECKARDO  
DE WOBESER,

HEREDITARIO DOMINO IN RACKEL-  
WITZ, SACRAE REGIÆ MAJESTATIS POLONIAE ET  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE IN MARCHIO-  
NATV LVSATIAE SVPERIORIS PRIMI ORDINIS CA-  
PITANEO ET CUBICVLARIO SPLENDIDISSIMO, NEC  
NON IN CAVSSIS CAMERALIBVS ET METAL-  
LICIS CONSILIARIO, &c. &c.

DOMINO MEO  
AC PATRONO

RELIGIOSISSIMA MENTE DEVENERANDO.

VT ET  
PER ILLVSTRI GENEROSISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO  
GOTTLOB CHRISTI-  
ANO VITZTHUM  
AB ECKSTEDT  
HEREDITARIO DOMINO IN IAHMEN  
SACRAE REGIAE MAJESTATIS POLONIAE ET SERE-  
NISSIMI ELECTORIS SAXONIAE CUBICVLARIO SPLEN-  
DIDISSIMO, NEC NON CONSILARIO, ET BVDISSI-  
NENSIS CIRCULI PRAEFECTVRAE CA-  
PITANEO, &c. &c.

DOMINO MEO  
DOMINO MEO  
AC PATRONO  
DEVOTO ANIMI CVLTV PROSEQVENDO.

PER - ILLVSTRES GENERO-  
SISSIMI EXCELLENTISSIMI  
DOMINI,  
PATRONI OBSERVANTISSI-  
ME COLENDI.

**N**on potui mihi temperare,  
quin VOBIS, PER - ILLV-  
STRES EXCELLENTISSIMI QE  
DOMINI, hoc summæ perpetuæ  
que venerationis, quam in VOBIS  
virtutibusque VESTRIS colendis mi-  
hi constitui, monumentum dedi-  
carem.  
(3)

carem. Causæ , quibus ad hoc  
faciendum inductus sum , dupli-  
cis generis sunt ; aliæ enim ex  
dignitatis excelsique honoris gra-  
du , quem summa cum prudentia  
& circumspectione in promouen-  
da publica vtilitate , huc vsque or-  
nauistis , profluxerunt ; aliæ au-  
tem propriæ velut mihi sunt , illi-  
que gratiæ atque beneficiis , quæ  
in me immerentem haec tenus con-  
tulisti , originem debent . **E**nim  
vero hac parte vicem meam ma-  
gnopere doleo , quod rebus ipsis  
testificari nequeam , quantam er-  
ga Vos animo meo conceperim  
religionem ac venerationem . **L**e-  
uidense enim et chartaceum saltem  
est , quod Vobis in præsenti sistere  
sustineo deuoti gratiæ animi mo-  
nu-

numentum, neque hoc etiam per-  
ingenii mei, quam lubens profiteor,  
imbecillitatem, perque temporis,  
quæ me coegerunt, angustias, ita  
perfectum & elaboratum, ut di-  
gnum eruditissimis VESTRIS oculis  
videri queat. Ceterum quia ex ani-  
mo potissimum iudicanda veniunt  
negotia: itaque spem concipio, fo-  
re, ut hac etiam in re affectum po-  
tius meum, pietatis ac submississi-  
mi cultus plenissimum, quam pon-  
dus huius qualiscunque speci-  
minis inauguralis, consideraturi  
sitis. Igitur quod reliquum est diui-  
num Numen ardentissimis implo-  
ro precibus, ut VOS, VIRI PER-ILLV-  
STRES EXCELLENTISSIMI QVE,  
quam diutissime saluos atque in-  
columes conseruet; gratia autem

VE-

ROTQVA

VESTRA, exoptatissimoque pa-  
trocinio, ut me in posterum quo-  
que dignemini, maiorem in mo-  
dum rogo atque contendo

PER-ILLVSTRIVM GENE-  
ROSISSIMORVM AC EX-  
CELLENTISSIMORVM NO-  
MINVM VESTRORVM

Jenæ d. 30. Octobr.

1723.

CVLTOR ÆTERNVM  
DEVINCTISSIMVS

AVCTOR.



*De  
Seruitiis feudalibus ex Allodio  
præstandis.*

**I**nter varias iuris nostri partitiones ac species non quidem æque frequens ac visitata, sed non minus tamen, ac reliquæ, in ipsis rerum argumentis fundata est distinctio, quando aliud ius *Feudale*, aliud vero *Allodiale* esse dicitur. Et quemadmodum Iustinianus Imperator de Iure priuato acturus in primis legitimæ scientiæ elementis, duas in vniuersum studii iuridici positiones esse dicit, publicum & priuatum, quorum illud ad statum rei Romanæ spectat, hoc vero ad singulorum utilitatem pertinet §. 4.

A

*Inft.*

*Inst. de Inst. & Iur.* ita non dubitamus assere-re, ius feudale, perinde ac ius allodiale, par-tim ad ius publicum, partim vero ad ius priuatum referendum esse; prout scilicet vtrum-que illud vel eiusmodi res & negotia concer-nit, quæ ad ipsum reipublicæ statum ac con-stitutionem, vel saltem ad priuatorum ac singulorum ciuium salutem pertinere videntur. Quod quidem discriminem præsertim in Imperio nostro Romano-Germanico probe obseruandum venit, vbi nexus feudalis inter Imperatorem atque Imperium, & singulos Ordines Imperii, propter feu-da regalia, statum publicum maximopere tan-git. Quemadmodum etiam legibus de statu Imperii publico latis, præsertim in Aurea Bulla, varia sancta leguntur, quæ a regulis iuris priuati recedunt. Confer. Rhetz in *Proœm. Comment. ad Consuet. Iur. Feud. n. 88.* Itter de *feudis Imper. cap. 2. §. 2.* Dn. L. B. de Lyncker in *Anal. ad Struu. Synt. Iur. Feud. cap. 1. aphor. 5. B. Horn. in Iurisprud. feud. cap. 1. §. 6. & 9.*

§. II.

Constat itaque ab obiecto potissimum, cer-taque ratione a fine etiam petitam esse, proposi-tam superius distinctionem: plane ut generalior illa

illa Iustiniani diuisio haud aliam habere videtur caussam. Definitur enim ius *feudale*, quod sit ea iuris vel publici vel priuati pars, quæ circa feudorum instituta occupatur, quidque circa hæc faciendum ac omittendum sit, præcipit, ut salus reipublicæ promoueatur. Qua specie recte cognita ac perspecta, sine magna difficultate intelligi potest, quidnam sit ius *Allodiale*, seu de allodiis tractans. vid. Eyben. in *Eiect. Feudal.* cap. 1. §. 1.

## §. III.

Ceterum hæc ideo præmittenda duximus, quod nostra hæc Disputatio inauguralis, de *seruitiis feudalibus ex allodio praestandis*, mistam veluti caussam habere, partimque ad ius *feudale*, partim vero ad *allodiale* spectare videtur. Huic autem ut ratio tractationis eo magis constet, operæ pretium fuerit, ante omnia quandam vocabulorum euolutionem instituere. Reète enim veteribus existimatum est, quod verborum in omni tractatione prior, rerum vero potior habenda sit ratio.

## §. IV.

Quantum itaque principio ad *seruitiorum* adpellationem atinet, palam est, eam a verbo *seruire* descendere. Hoc vero non vnice ad

A. 2

illud

illud hominum genus pertinet, qui, ut Imperator existimat §. 3. *Inst. de Iure Person.* magis a seruando, quam seruiendo, denominationem suam sortiti sunt; sed de liberis etiam hominibus usurpari potest. Aliud quippe est seruire, aliud vero in seruitute esse: quamuis non abnuam, etiam posterius hoc interdum, meri facti, non iuris, esse; quo sensu in seruitute esse dicitur, qui cum seruus non sit, pro seruo habetur, vid. §. 4. *Inst. de Ingeniis*, ibique Vinnius in *Comment.*

## §. V.

De feudalibus autem seruitiis dum sermo nobis est, obseruandum venit, quod haec nihil aliud sint, quam operæ, quas vasallus propter feudum sibi concessum domino ad utilitatem ipsius fideliter praestare tenetur. Andr. Kohl. de *Seruitiis Feudal.* in *Proœm. n. 1.* Opera loco generis ponitur, quia sub eius ambitu seruitium feudale velut species continetur, Tiber. Decian. *Conf. 25. n. 91. Vol. 1.* Est autem opera, prout in iuris nostri arte usurpatum, nihil aliud, quam præstatio ministerii, ad alterius emolumentum facta. l. 1. & seq. ff. de *Operis Libert.* Ministerium illud vel in artificio consistit, vel in officio; hinc illa operarum distributio in artificiales & officiales.

ficiales, sub quibus etiam obsequiales contineri solent, vid. Kohl. cit. loc. Coler. de Process. Execut. c. 9. n. 6.

## §. VI.

Ex æquo autem & recto rem æstimant, qui arbitrantur, feudalia seruitia regulariter subesse operis officialibus, vid. Molinaeus ad *Consuetud. Parisiens. Tit. I. §. 1. gloss. 3. n. 28.* In eo enim fere omnes beneficiarii iuris Doctores, inter quos alioquin magnis animorum motibus super feudorum origine, primaenque introductionis cauissa, certatum esse videmus, amice consentiunt, & politicum esse feudorum institutum, &, qua genericam sui indolem, eo primitus comparatum fuisse, ut ciuitatum rectores homines haberent, certo fidelitatis nexu sibi deuinctorum, & ad reipublicae procriptionem in variis eius partibus applicandos.

## §. VII.

Inde porro deducitur, seruitia non ad accidentalia aut naturalia duntaxat externa, verum ad ipsam feudi essentiam aut substantiam, vel, vt alii loquuntur, ad naturalia interna, referenda esse. Obseruandum vero est, sermonem mihi hoc loco esse de seruitiis ex fidelitate vasallitica, tanquam forma feudi, essentialiter profluentibus.

A 3

Quo

Quo sensu recte Rosenthal in *Synopsi. Iur. feud.*  
*cap. 8. conclus. 26. n. 5. & 7.* ait: Vasallum ex fidelitate ad seruitia teneri. Et Gifanius de *feudis cap. 4. n. 7. 40. & 41.* veram feudi essentiam in operis quoque positam, nec sine operis feudum esse, scribit. Quin imo cuius pacto effici nequit, ut feudum existat sine fide, ita nec ut haec sine hisce seruitiis sit. Remouemus itaque seruitia vulgaria, quae contrariae feudalii solum per usum extrinsecus accedunt, & ex fidelitate tanquam forma feudi, essentialiter non profluent; a quibus vasalli, qui feuda franca possident immunes sunt, quaeque adeo naturalibus, quam substantialibus feudi rectius accentuantur. vid. Eyben, in *Elect. feudal. cap. XI. §. XI.*

## §. VIII.

Ceterum ut officia reipublicæ non unius generis sunt: ita quoque seruitiorum, quae propter haec praestantur, nequaquam est eadem per omnia conditio. Respiciunt enim horum aliqua militiam sagatam, alia vero togatam. Et quamquam illa fere in omnibus rebus publicis usu sunt frequentiora, praesertim ubi ratio status, quam vocant, magis in bello, quam in pace, consistit, quo nomine etiam quædam regna dicuntur militaria; tamen propter ea dignatione sua minime defrau-

defraudanda sunt seruitia togata, siue haec in aula  
& curia principis, siue pro cathedra ecclesiastica  
aut academica, praestentur.

### §. IX.

Hoc vero prætermittendum non est, quod seruitia feudalia, si primæuam eorum indolem consideremus, non solum personalia, verum etiam, ut ita loquar, personalissima sint, hoc est, ita comparata, ut in illis singularis personæ industria specata sit. Enim vero haec moribus plane aiam induere cooperunt faciem. Proprium enim eo hodie ventum est, ut seruitia feudalia magis ad munera realia, quam ad personalia referantur, utque magis ipsum prædium, quam vasallus seruiat.

### §. X.

Fidem huic assertioni faciunt variis generis argumenta. Quorum quidem in numero primo habendum est loco, quod usu sequioris ævi etiam per substitutam personam exhiberi possint seruitia, ex quo scilicet fœminæ quoque, pupillique ac minoribus, &c. successionis feudalis participes facti. Eiusdem fere generis est, quod hæc raro, loco seruitiorum certi fructus aut pecuniae certæ domino

feudi

feudi a vasallo prætentur, qui ipse cum eo in militem ire vel non potest, vel non vult, neque alium idoneum pro se submittere valet; quod Gutherus in Ligurino *Lib. 8. vers. 608. seq.* his versibus tradidit:

*Publica militie vasallus munera iusta  
non renuat: Dominique libens in castra vocatus,  
aut eat, aut alium pro se submittat, iturum  
arbitrio Domini; vel quem laudauerit ille  
compenset, redimatque suum mercede laborem.*  
vid. Bitschius in *Comment. ad Text. II. T. 40. D.*  
*Cocceius in Dissert. de Adoba.*

### §. XI.

Sed ut ad explicationem inscriptionis maxeuertar, *feudalia* seruitia procul omni dubio a feudo sic appellantur. Verum huius denominationis unde sit repetenda ratio, incerto admodum iudicio docent istius iuris interpretes, vid. Eyben. in *Elect. feudal. cap. 1. §. 9.* Strykius in *Exam. Iuris feud. Cap. 2. quest. 1. & seq.* Mihi quidem eorum probatur sententia, qui opinantur, feudi vocem non simplicem, sed compositam esse ex partibus FE & OD: quarum illa priscis populis septentrionalibus non solum *pecus*, sed alias quoque res, speciatimque fructus omnis gene-

generis denotauit. Eyben. *cit. loc. & in Diff. de feudo solari.* Vocabula autem OD, pro qua hodie dicimus, GVT, varia bona , seu patrimonium, rerumque in eo existentium vniuersitatem designat. vid. Schilterus, *in Comment. ad Rubr. Iuris Feud. Alemann. §. VII.*

## §. XII.

Significat itaque compositum FEOD (ita enim antiquitus fuit scriptum, cum postea littera O, euphonias causa mutata in litteram V, addita que terminatio Latina in VM) possessionem quandam fructuariam , aut si mavis bona quædam fructuum percipiendorum gratia possessa. Quam ob rem etiam non solum Obertus de Orto II. F. 23. *in fin.* feudum dicit esse *vsumfructum* quandam; sed etiam Cujacius, optimus ille rerum definiendarum magister , ibidem in Commentario ait : Feudum est beneficium , quod propenso animo datur ita , ut proprietas rei immobilis penes dantem remaneat, *vsusfructus* vero in accipientem transeat, sub onere fidei & seruitii certi , incertive , plurimumque militiae. Et adhuc commodius *in procœmio* Commentar. Feudum est ius prædio alieno in perpetuum *vtendi fruendi*, quod pro beneficio Dominus dat, ea

B lege,

lege, ut qui feudum accipit, sibi fidem & militiae munus aliudque seruitium exhibeat, add. Georg. Obrecht. in *Tract. feud. L. 1. cap. 4. n. 24.* Ex quibus adparet, antiquissimis temporibus non alio, nisi *usufructus iure* in feudo gauisum fuisse vasallum.. Vnde porro consequitur, quod, quo magis feuda absunt ab usufructu, eo magis quoque absint a propria sua & primaeua natura. Et haec quidem de significatione vocabuli *feudi*. Cui non obstat, quod Feudista *II. Feud. 3. in fin. tradit*, *feudum a fidelitate, vel a fide, dici*. Namque in rebus grammaticis & etymologicis nulla valet auctoritas legalis; Oberto autem de Orto hac in re tanto minus haberi potest fides, quanto manifestius est, in aliis quoque huius generis notionibus, eum grauiter lapsum esse, v. g. quando *II. Feud. 10. Marchiones a mari* denominatio nem suam habere sibi aliisque persuadere voluit.

## §. XIII.

Nunc ad euolutionem vocabuli *Allodii* trans-eundum est. Sciendum itaque, postquam feudum & feudalia bona existere dicique coeperunt, ea quæ his opponebantur ac contradistinguebantur, dicta fuisse *Bona Allodialia*, vel *Allodium*, vid. *II. F. 17. cap. vn. in fin. & cap. 1. II. F. 26.* Et quidem hoc

hoc posteriore loco, non solum feudo, sed etiam libellario bono, allodium opponitur; quia scilicet in excellenti significatione non omnia, quæ feudalia non sunt, propterea statim sunt allodia seu bona allodialia; qua ratione nec Emphytheutica bona, nec superficiaria, proprie loquendo sunt allodia; sed ea demum, quæ plane libera seu optimo maximoque iure possessa, nullique servitio aut oneri obnoxia, & ab aliis non recognoscuntur. Ant. Gotheofr. *Disp. feud. I. thef. I. lit. a* in not. Iul. Clarus in *Receptis Sententiis* §. *Emphytheusis*, quæst. 44. Bitsch. in *Comment. Iur. Feud. ad Tit. 2. feud. 54.*

## §. XIV.

De Etymo, siue ratione huius nominis, vnde dicatur *Allode* vel *Allodium*, variæ sunt Doctorum virorum sententiae, vel potius coniecturæ & divinationes, quas prolixe recensent alii. Communissima tamen hodie & verior quoque opinio est, hoc etiam vocabulum compositum esse, ex particulis ALL, siue ALT, & OD. Itaque *Allod* significat bona auita, dicta ab ALT vel ALL, vti adhuc hodie idiotismus est in quibusdam Germanicæ locis, quod antiquum notat. Apud Francos enim *Allode* cæteris bonis nouiter comparatis siue adqui-

B 2

sitis,

sitis, ut non minus propriis, haud raro opponebatur, & significat bona auita, quæ hodie *Altvaeterliche Stamm-Güther* vocamus. Verba sunt Hertii, in *Dissert. de Feud. Oblat.* Part. 1. §. 2. cui add. Part. 2. §. 11. Conferatur etiam M. Anton. Dominicus, *de Prærogativ. Allod. cap. 1.* §. 6. Ceterum postea generaliter plena proprietas omnis *allodii* nomine censita fuit, siue a maioribus profecta, siue nouiter sit acquisita. Neque adeo male Petrus Friderus, *Lib. 2. de Procesibus Extrahendis cap. 42. Sect. 3.* scibit; particulam *All.*, idem quod *totum siue omne* significare, quia quod *Allodium* est, omni iure, seu pleno iure, vel, ut veteres dicebant, optimo iure teneatur. add. Conrad. Rittershus, *in Partit. feudal. Lib. I. cap. 2. quest. 19. in fine.*

## §. XV.

Explicata sic quantum satis, ac instituti ratio postulare visa est, Dissertationis inscriptione, ad rem ipsam nunc proprius accedendum venit. Quemadmodum autem, ut supra obseruauit, *feudum & allodium* sibi inuicem opponuntur; ita contradictionem velut in adiecto inuoluit, quod, *de servitiis feudalibus ex allodo prestandis*, quædam in medium proferre conatus sim. Et quanto quidem

dem plures inter hæc vtriusque generis bona intercedunt differentiæ, tanto quoque difficilior esse deprehenditur tractationis meæ ratio. Verum iacta est alea; eaque propter iudicio Lectoris me teneor submittere; saltem ut hoc æquum ac benevolum sit, maiorem in modum rogo. Iuuat autem præcipuas ante omnia recitare caussas, quibus, feuda ab allodiis, atque hæc vicissim ab illis, discriminantur; deinceps, quod haud raro seruitiorum nomine exactissime conueniant, pauclo distinctius monstrabo.

## §. XVI.

Prima itaque differentia in eo consistit, quod allodia sine dubio antiquiora sunt, quam feuda. Illa enim statim ab introductis rerum dominiis initium ceperunt, utpote ad modos hæc acquirendi originarios pertinentia: verum hæc demum postea temporis, usu exigente, & humanis necessitatibus postulantibus, a gentibus introducta, ac peculiaria jura circa ea fuerunt condita. Quam ob rem etiam allodiorum origo propter antiquitatem plerumque in obscuro posita est; quum ex aduerso natales feudorum, & tempora quibus ea introducta sunt, in multis regionibus haud quaquam ignorentur. Conferantur

B 3

omni-

omnino quæ speciatim de origine Feudorum Lusatiorum singulari studio scripserunt illustres viri  
B. Strykius, *de Feudis Lusatiae Superioris cap. 1.*  
& Dn. a Ludewig, *de Differentiis Iuris Feud.  
Lusatici adque Communis, Different 1. not. b.* quæ  
ambæ Dislertationes in vtilissimo Opere *Rerum  
Lusatiarum, Tom. III.* exhibentur.

Secunda differentia, §. p XVII,

quam quidem iam supra indicaui, in eo posita est, quod antiquissimis temporibus solummodo vſusfructus iure in feudo gauisus fuerit vasallus, quemadmodum hodie vtile eius dominium ad ipsum pertinet: ex aduerso autem qui allodiali titulo rem aliquam possidet, optimo maximoque ſeu, quod idem est, pleno dominii iure, eam habere intelligitur; quod tum in ſe manifestum, tum quoque ex ipſa feudi atque allodiij etymologiā ſuperius demonstratum eſt.

Inde vero statim ad tertium diſcrimen deducor; nimirum, quod regulariter poffessor rei al-

lodialis, ceteris paribus, ac niſi pacto, statuto, moribus, aut legibus, aliud introductum, liber fit illius moderator & arbiter, arg. L. 21. C. man-  
dati, propterea que tam inter viuos quam mortis  
cauſa

1818 (15) 88

causa, illimitatam habeat rei alienandæ potestatem. E contrario autem vasallus, sine expresso Domini consensu, regulariter prædium feudale, citra apertissimum feloniarum crimen, alienare, hoc est, quocunque modo aut titulo in alium transcribere, non potest. I.F. 13. II. F. 39. 40. 44. 52. Stryk, in Exam. Iur. Feud. cap. 19. quæst. 2. Sandius in Tract. de Prohibita Rerum Alienatione. Consulto autem dixi regulariter alienationem vasallo esse prohibitam. In exceptionibus ergo numerari debet, si vel hac lege expressa feendum datum & acquisitum sit, ut sine speciali consensu alienari queat, vid. Ill. Dn. Thomasius, de Feudo alienabili, vel si statutum aut priuilegium alienationem permittat; qualibus quidem priuilegiis utraque Lusatia gaudet. Et Superioris quidem passim allegata sunt, quæ Ferdinando I. & Maximiliano II. debentur, & extant quoque in fine Corporis Iur. Saxon. p. 48. & 49. quibus iungenda Ordin. Feud. Saxon. p. 69. Inferioris vero Lusatiae priuilegia B. Dn. Horn. in Appendice 1. Iuris prudentiae sua feudalii num. 6. adiecit. Conferatur etiam laudatum Volumen rerum Lusatianarum.

§. XIX.  
Quarta diuersitatis ratio in eo deprehendi-  
tur,

tur, quod possessor rei allodialis ob delictum vel  
culpam aliquam non illico bonis suis priuetur,  
nisi forte, contra primum caput Legis Iuliæ Ma-  
iestatis, hostili ac proditorio animo, in salutem  
Principis aut Reipublicæ quidquam admiserit,  
*Nou. 134. cap. fin.* ibique Rittershus. in *Expositio-*  
*ne.* Enim vero beneficio suo excidere potest va-  
fallus etiam propter leuioris momenti iniurias, vel  
immediate in Dominum, vel mediate, directe  
vel indirecte, omittendo vel committendo, per-  
petratas. vid. pluribus B. Struuius in *Synt. Iur.*  
*Fend. cap. 15. §. 9.*

## §. XX.

Quintum discriminem ex successionis iure ac  
modo descendit. Namque in bonis allodialibus  
nulla vel sexus, vel ordinis, vel agnationis & co-  
gnationis, discrepantia obseruata, omnes promi-  
scue succedunt, qui vlo saltem necessitudinis ex  
sanguine contracti vinculo aliquem attingunt, &  
quidem secundum vulgatam iuris regulam, quod  
gradu proximior, iure successionis sit potior, pa-  
res autem gradu admittantur pariter. vid. *Nou.*  
*118* ad eamque Rittershusius ac Stephani. Ve-  
rum hæc omnia in successione feudali regulariter  
plane aliter sunt comparata. Ista quippe magis  
ex pa-

ex pacto & conuentione, quam ex nuda consanguinitate oritur. Præterea quamvis non plane nulla consanguinitatis habeatur ratio, tamen hæc ad eos solummodo, qui ex ordine descendentium sunt, restricta est. Porro etiam in his magna est sexus differentia spectanda: regulariter enim foeminae in feudis plane non succedunt; & quodsi etiam in feudo anomalo ac improprio aliquis succedendi locus sequiori sexui relinquitur, contingit tamen hoc secundum regulam in arte iuris decantatissimam, quod foeminae succedant faltem in subsidium, hoc est, masculis omnibus extinetis. Quam in rem textus æque ac Interpretes feudalis iuris pluribus conferri possint.

### §. XXI.

Sexta interfeudum & allodium intercedens diversitas hæc est, quod huius possessor in personalibus æque ac realibus causis domino subiectus sit, subiectionemque firmet homagio, siue iure iurando obsequii, quod Germanice dicitur *Die Erb- und Landes-Huldigung*; Contra qui feudum tenet, illius quidem intuitu fidelitatem etiam promittit; enim vero hoc iuramentum vasalliticum, die *Lehns-Pflicht* de iure Longobardico subiectionem personalem non inuoluit, sed pro-

C prie

prie solummodo rem & contractum feudalem adficit. Capita eius diligenter & sollicite descripta sunt II. F. 6. & 7. vbi, quod vasallus promittere debeat se Dominum semper *incolumem* (scil. quoad personam) *tutum* (quoad bona) *bonustum* (quoad famam) præstitum, Germanice *Leib Gut und Ehre beschützen*, atque omne fasturum, quod ipsi sit utile, vasallo vero facile ac possibile. add. II. Feud. 5. ibique *in Commentar.* Franc. Hotomann. & Casp. Bitch.

## §. XXII.

Ceterum hoc loco non est silentio prætermittendum in multis Germaniae prouinciis, quibus Landsassius receptus est, sigillatim in Saxonie, Marchia Brandenburgica, Austria, Bauaria, Thuringia, Hassia, &c. nexum homagii & vasallagii tam arctum esse, ut alterum horum iuramentorum quoad effectum ab altero, vix possit separari. conf. Hortleder, *de Caus. Bell. Germ. Lib. 5. cap. 18. n. 30.* Limnaeus de *Iure Publ. Lib. 6. cap. 4. n. 1. seq.* Vnde v. g. in terris Saxonice omnis vasallus quoque est subditus. Quia de causa etiam Saxonici Iureconsulti tradunt, Comites & Barones, qui in Saxonia ab eius Ducibus feuda tenent, ibi actionibus

bus etiam mere personalibus posse conuenire, ut alibi domicilium habeant; quem ad modum etiam in omnibus mandatis hæc verba generalia leguntur: *VVir befehlen allen vñserne Prelaten, Grafen, Freyherren, &c.* Quicunque ergo exemptum se hoc nexu asserit, illud probare debet. vid. Schilterus de *Landsassiatu.* D. Bergerus, *de nexus iurisiurandi fidelitatis & subiectionis.*

## §. XXIII.

Septimum feudi ab allodio discrimen in eo positum est, quod vnaquæque res potius allodialis quam feudal is esse præsumatur. Fundamentum autem huius præsumptionis in eo consistit, quod quælibet res originariam suam naturam habere censeatur, donec mutatione eius clare & perspicue monstrata fuerit; feudi autem constitutio talismodi mutationem intuluit; id circo in dubio non magis, ac aliud quidquam in facto consistens, prælumitur. *II. F. 26. §. 1. II. F. 5r. §. si contentio.* vid. Rittershus. *Part. feud. Lib. 1. cap. 2. quæst. 20. Struu. in Syntag. Iur. feud. cap. 16. thes. 11.* Dn. de Coccœii *de Probatione feudali.* Ceterum quemadmodum præsumtio per præsumptionem contrarium

riam eliditur, utque vniuersiusque instituti rationes ex indole illius reipublicæ, de qua sermo est, æstimandæ ac repetendæ veniunt; ita non desunt, qui opinantur, quod fundi nobilium in Lusatia præsumantur potius feudales, quam allodiales. vid. Dn. a Ludewig, *de Different. Iur. feud. Lusat. atque Communis, Different. VI.* vbi ait: *Rationes, quæ nos mouent ad ita sentiendum in his versantur. Nam inter tot Nobilium prædia vix offendes unum aut alterum, quod proprium sit & allodiale. Itaque filum consecutionis est hoc: quam indolem maior pars habet, ea in ceteris est præsumenda. Quemadmodum etiam illud huc facit, quod una res non beat iure diuerso censi, Dd. ad Leg. 23. ff. de Vfucap. &c.*

## §. XXIV.

Sed posthabitis aliis, quæ copiosius adferri poterant, feudorum & allodiorum differentiis, hæc sufficere videntur ad intelligendum, quod hæc contraria, iuxta se posita, perspicue elucescant. Vnicum ergo taltem, & quod præcipue huius loci est, discrimen adiiciam. Nimirum allodialium fundorum possessores collectarum quidem & steurarum, quas vocant, oneri sunt obno-

obnoxii, seruitia autem regulariter non præstant, (operæ enim rusticorum, quas vulgo vocamus *Frohn-Dienste*, non sunt huius considerationis.) Ex aduerso, autem fidelium prædiorum possessores regulariter ad contributiones prouinciales non obligantur, sed earum loco & nomine certa saltem seruitia exhibere Domino tenentur.  
 v. Meuius *Parte 4. Decis. 33.* Carpz. P. 3. C. 28. D. 19. Mundius a Rodach, *de Muneribus & Honorib. cap. 6. n. 313.* Maulius *de Collectis. Tit. 4. n. 3. & seq.*

## §. XXV.

Vertim tamen, quæ modo dixi non ita sunt comparata, ut pro regulis omni exceptione maioribus reputari possint. Namque haud nouum aut plane insolens est, ut præmium aliquod veram habeat feudi essentiam ; & immunitate tamen a seruitiis feudalibus gaudet. Intelligimus autem hoc loco eiusmodi seruitia, quæ magis ex usu & moribus veniunt, solumque ad naturalia externa pertinent, quam quæ ex ipsa fidelitate velut essentialiter profluent. Adeoque per illorum remissionem non ipsum feendum, sed saltem propria eius natura tollitur. Ceterum contingit talis immunitas va-

C 3

riis

riis ex causis; inter quas haud postremo loco collocanda est, expressa conuentio, gratia Domini, præscriptio; quas, iuxta cum aliis fusi us executus est B. Strykius, Pater, in *Dissertatione, de Immunitate a seruitiis feudalibus.*

## §. XXVI.

Eadem prorsus ratione interdum viu venire videmus, ut prædium aliquod veram habeat allodii essentiam, quin & hactenus veram eius naturam ac indolem, ut inter viuos pariter ac mortis causa, liberrima ex voluntate possit alienari; sed ut idem tamen præstatio ni certorum seruitiorum equestrium ac feudali um sit obnoxium. Plane ut etiam datur quædam allodialium rerum inuestitura eiusdemque renouatio, quamuis hæc proprie ad feudorum duntaxat instituta pertinere censeatur. Conf. Magnificus Dn. Sleuogtius, de *Allodialis Inuestiture Renouatione*, it. Io. Burc. Verpoorten, de *Inuestitura Allodiorum*, & D. Andr. Meyer. de *Inuestitura Saxon. in Reb. Allod. immobil.*

## §. XXVII.

Sed operæ pretium fuerit, paulo curatius expendere, quibus ex causis modisque euenire possit, ut prædium aliquod vere allodiale ser uitio-

uitiorum feudalium præstandorum oneri obnoxium reddatur. Sane a communi sua indole talismodi allodium degenerare negari non potest. Et quemadmodum natura, quæ Dei ministra est, multis nouitatibus vitetur, vt ait Iustinianus in *Nouella 84. princ.* formasque pro diuersis elementorum coniunctionibus ita miscet, vt nonnumquam primigeniam indolem fere mutent, & in nouam quasi speciem degenerent, exemplo plantarum aliarumque rerum; quo pertinet vulgatus versiculus in *Lib. II. F. tit. 24. §. predictis modis*: *Et natura nouas deproperat edere formas*; Similiter quoque Iu-  
risprudentia nostra, cum in aliis, tum in hoc industria & non intelix naturæ ænulatrix dum exsttit. Quam in rem pluribus conferri meretur Hulderic. Eybenius, *de Degeneratione Rerum Iuridicarum*.

## §. XXVIII.

Ceterum primus casus, quo ex allodiali fundo præstantur seruitia feudalia, in eo constat, si res quondam feudalis bona fide, non vt feudalis, sed tanquam propria & allodialis, per triginta aut plures annos possessa fuerit, ita quidem vt neque fidelitas vasallitica eius nomine

præ-

præstata, neque inuestituræ renouatio petita, neque consensus domini in alienationibus aut testamentariis dispositionibus requisitus fuerit, sed tamen seruitia feudalia ex veteri instituto reliqua sint, præstarique debeant. Sane enim vel per accidens, vel incuria eorum qui rebus feudalibus tractandis præfecti sunt, facile fieri potest, ut neglectis ac posthabitis omnibus aliis feudorum requisitis, sola hæc qualitas quæ ad seruitia præstanda refertur salua ac integra manserit. Quo pacto re vera contingit, ut ex allodio præstentur seruitia feudalia.

## §. XXIX.

Iustum vero esse tali modo factam præscriptionem, non solum ex iure ciuili allodiali & feudali, sed & ex iure gentium, facile monstrari potest. Et quidem quod ad illud attinet in multis eius textibus voluntas domini præsumta vel tacita, pro vera & expressa habetur, eo, quod dum quis iure suo præscribi patitur, alienare videatur. *L. 28. ff. de Verb. Signif.* Cui accedit, quod bona fides tantum tribuat possidenti iusto ac legitimo tempore, quantum ipsum dominium, *Lege 136. de Reg. Iur.* In considerationem quoque venit reipublicæ virtus,

litas, cuius interest, ne quarundam rerum diu  
fereque semper incerta essent dominia, *Princ.*  
*Inst. de usuc.* L. 1. ff. eod. quo scilicet sciatur  
cui incumbat præstatio onerum ac servitiorum.  
Nec obstat *Lex. 206. ff. de R. I.* quod nemo  
debeat locupletior fieri cum alterius damno;  
Respondetur enim, damnum quod quis sua  
culpa sentit, sentire non intelligitur *L. 203. ff.*  
*de R. I.* & hæc priuata iactura, ex negligentia  
orta, bono publico, cuius utique maior ha-  
benda est ratio, satis compensatur. Nec porro  
obstat, *Nou. 9. in procem.* vbi præscriptio *im-  
pium vocari* videtur *præsidium*; respondetur  
enim concedendo, præscriptionem merito hoc  
nomine insigniri, si scilicet legitimis destituta  
sit requisitis. Quod ad ius feudale attinet,  
etiam hoc multis locis præscriptionem, tan-  
quam idoneum modum ad rerum dominia  
plena, vel minus plena adquirenda, probat  
laudatque, & quidem ex iisdem, quas modo  
allegavi, causis, vid. *II. Feud. 26. §. 4.* Ita-  
que non est dubitandum, vasallum directum  
dominium contra Seniorem præscribere posse,  
arg. *L. 1. & 2. C. de long. tempor. præscript.*  
*quaæ pro libert. & non aduers. libert. oppon.*

D

&amp; L.

& L. fin. Cod. de his qui a non dom. manu-  
miss. vbi libertas serui, si mala fides non ob-  
stet, longo tempore præscribitur. add. Rosen-  
thal de feudis cap. 6. concl. 82. Nec obstat,  
quod vasallus pro alieno posideat & mala  
fide; namque id in terminis a me propositis  
concedi non potest, cum non aliter præscriptio-  
nem admittam, quam si vasallus bona fide  
rem feudalem per triginta annos pro sua pos-  
sideat. Alias, si vasallus, tanquam vasallus,  
rem feudalem possideat, facile largimtir, eum  
nullo vnquam tempore dominium directum  
præscribere posse, deficientibus quippe ad ve-  
ram præscriptionem necessariis. vid. Ludw. in  
*Synops. feud.* cap. 8. p. 177. Ziegler. de *Præ-  
script. feud.* Denique etiam gentium iure, exi-  
gente id communi utilitate, præscriptionem ad-  
probata esse, docet Grotius *de Iure B. & P.*  
*Libr. 2. cap. 4. n. 1. seq.* VVerlhofius, *de Præ-  
scriptione inter liberas gentes obtinente.*

## §. XXX.

Ad secundum transeo casum, vbi ex al-  
lodiali fundo præstantur seruitia feudalia: hic  
vero ex conuentione quadam expressa origi-  
nem dicit. Nimurum constat, quod prædia  
allo-

allodialia regulariter collectarum ac tributorum oneri subiecta. Præterea notum est, quod hæc onera haud raro sint grauissima; præsertim si in catastro, *im Steuer-Register*, fundo cuidam magna sit adscripta quantitas, atque hæc, ut fere communiter hodie fieri solet per unius anni decursum pluribus vicibus, quas *Steuer-Termine* vocant, præstanta veniat. Quam ob rem sæpen numero accidit, ut publicum illud minus reale ipsum prædium quasi deuoret atque absorbeat. Ad declinandum itaque hoc collectarum ac tributorum onus possessores interdum pactionem cum Domino territoriali inita solent, quod a Steuerarum quidem præstatione immunes esse debeant, in compensationem vero illarum, ad vasallorum instar, certa quædam seruitia feudalia præstare velint. Eiusmodi exemplum, quo quisquam rebus suis egregie consuluit, in terminis mihi notum est.

### §. XXXI.

Nimirum quamlibet seruitia feudalia non minus pro grandi onere habenda sint, cum primis si belli temporibus saepius exigantur; quo nomine etiam questionem mouent beneficiarii

ciarii iuris interpretes, an vasallus dimidiam partem fructuum præstanto se a seruitis liberare posse? videatur *Text. II. F. 55.* §. *firmiter*, *Kohl. de Seruit. feud. Parte 6. n. 43.* tamen, comparate loquendo, saltem regulariter hac parte melioris conditionis esse solent *Die Ritter-Hufen, als die Steuerbare Hufen.* Collectarum enim onera ut plurimum belli pacisque temporibus peræque continuantur, equestria autem seruitia fere in pace exulare solent. Vnde mirum non est, si quis ex duobus incommodis minus elegerit, seruataque in reliquis omnibus allodialis prædii qualitate seruitia feudalia in collectarum ac tributorum locum a principe surrogari petierit.

## §. XXXII.

Tertium nostræ rei exemplum in eo conspicitur: si Princeps ac Dominus aliquis qualitatem feudalem, qua haetenus prædictus fuit quidam fundus, vsque eo auferat, naturam vero allodii in tantum ei tribuat imponatque, ut sola seruitiorum præstatio remaneat; qui actus communiter vocari solet *Die Lebens-Verwandlung.* Et quamquam ista mutatio ac metamorphosis feudalis non semper eodem per

omnia contingat modo, quippe cum in alia specie plus, in alia minus ex prisca qualitate feudali reliquum maneat: solennis tamen usque receptionis, quæ in nostro casu adhiberi solet, formula hæc est: *Daß er, so vvoohl auch seines Leibes, und deren Erben und Erbnebmen, Mann- und VVeiblichen Geschlechts, vvie sich die sonst bey Erb-Gütern, nach Erb-Gangs-Recht, in ab- oder aufsteiger und Seiten-Linie, zum Erbe ziehen können oder mögen, oder an vuem er und seine Erben, das Guth N. veruvvenden oder bringen mögten, selbiges als ein rechtes Erb- und Allodial-Guth, bescheidlich und also besitzen und gebrauchen mögen, daß er und seine Erben, vvie nicht minder alle andere künftige rechtmaßige Besitzer, vwie die Nahmen haben, davon inter viuos vel mortis caufa zu disponiren, und dasselbe eigenes Gefallens, getheilt oder ungetheilt, zu veralieniren, freye Macht und Gewalt haben, bingegen Uns mit vveiter nichts, als bedürffen den falls mit Stellung des gewöhnlichen Ritter-Pferds verpflichtet bleiben sollen.*

## §. XXXIII.

Quartum nostræ tractationis exemplum

D 3

inde

inde petitum est, quod in Imperio Romano-Germanico multa dentur territoria allodialia, quemadmodum e. g. in diplomate Ferdinandi II. quo Comes ab Hohenzollern in Principum ordinem electus fuit, Comitatus Hohenzolleranus vocatur, *eine uralte mit allen ihren Regalien, Herrlichkeiten, und Pertinentien ganz freyeigentümlich unmittel- und unlehnbarer Reichs-Graffschafft.* vid Besold. in Thes. Pr. Litt. P. n. 73. Itterum de Feudis Imperii cap. 5. §. 4. B. Sam. Strykium, *de Iure Allodiali Principum Imperii;* Excell. Dn. Struinium, *de Allodiis Imperii.* Et tamen extra omnem dubitationem positum est, isthac allodia Imperii, perinde ac feuda regalia, ad onera publica, vel totius Imperii, vel Circulorum nomine prestanda, portionem suam contribuere, obstricta esse; prout etiam in ipsa matricula communiter hæc ipsis asignata cernitur.

## §. XXXIV.

Videlicet quamquam antiquissimis temporibus bellicis expeditionibus ipsi plerumque vasalli interesse, militaremque operam feudalibus suis Dominis prestare debuerint; vnu tamen sequioris cui non ita districte hoc militiae onus ipsis incumbebat,

bebat, quin se ab eodem liberare quandoque potuerint, si modo certa quadam pecuniae summa militaria seruitia redimere vellent. Vnde iam in Textu II. F. 40. & 54. habetur: *aut eundum esse cum rege, aut pro quantitate feudi stipendia militiae persoluenda;* idemque in sequenti titulo 55. §. firmiter, a Friderico Imperatore repetitur. Sane hodie in Imperio inualuit, ut militaria, aliaque Germanicae reipublicae ex fidelitatis lege ab Ordinibus praestanda seruitia, ære plerumque redimantur. Cum enim illustres Imperii Vasalli Germaniæque Principes, non adeo frequenter ipsis adexplendam feudi legem militaria munia hodie subire soleant, ne ergo reipublicæ deesse, aut fidem omnem fidelitatemque decoxisse videantur, iidem, ad tuendam patriæ salutem, vel submissis militum copiis, vel stata publiceque conuenta pecuniae summa, feudalem obligationem agnoscere, & periclitanti patriæ subvenire tenentur. Vnde imperiales collectas, quæ ab Imperii vasallis pensitantur, eodem iure, quo pecuniam, a vasallis loco militarium seruitiorum olim praestari solitam, feudibus hodie seruitiis oneribusque accenserri posse crediderim. vid. Iterus de Feudis Imper. cap. 21. §. 1.  
 & 2. Ad isthac vero onera feudalia, vel quæ eorum

rum loco præstantur, eos quoque Principes ac Comites Imperii, qui mera tenent allodia, pari modo obligatos esse, exinde manifeste colligitur, quia communi tutela ac salute, non minus ac possessores territoriorum feudalium, fruuntur.

### §. XXXV.

Superioribus quintam libet addere speciem, vbi ex allodio præstantur seruitia feudalia. Illa vero in feudo mere seu absolute hereditario conspicitur. Namque licet hoc certo respectu, quod & nomen eius innuit, ad feuda referendum esse videatur, in primis si præter seruitia, etiam in uestitutæ renouatio, nec non fidelitatis vasallitiæ præstatio, itemque casu eveniente, successio Domino reseruata, in considerationem veniat; tamen alio respectu, feuda absolute hereditaria in allodialium bonorum censi scribenda sunt. Quid enim, quod in tabulis eiusmodi haud raro deprehendit formula: *dass Ihme N. seine Erben und Erbnebmen, auch Nachkommen, Mann- und VVeiblichen Geschlechtes, das Gutb N. als ein rechtes wvabres und vollkommenes Allodial- und Erb-Guth, gelanget und gereichert seyn solle.* Sane hæc verba luce meridiana clarissimi euincunt, verum allodium, non feudum esse, de quo ista usurpan-

tur,

tur, prædium. Quam ob rem nihil manifestius est, quam seruitia feudalia ex allodio præstari, vbi de fundo aliquo, qui tanquam verum ac plenum allodium concessus esse dicitur, eius generis exiguntur præstanturque operæ, quibus regulariter sola feuda obnoxia esse solent.

## §. XXXVI.

Ceterum quoniam feuda allodiis sunt opposita, & vero res oppositæ, pugnantesque inter se qualitates, de eodem obiecto prædicari, ac iuxta se stare haud possunt, hinc magna exoritur dubitandi ratio, quo pacto eueniat, ut vna eademque res feudalis pariter atque allodialis vocari possit; prout quidem in feudo absolute hereditario, *in einen frey eigenthümlichen Lehn-Guthe*, hoc fieri superiorius proposita haud obscure declarant. Sane non abs re fuerit, si quis dixerit, contradictionem, quam vocant Philosophi, in adiecto sapere feudum mere hereditarium, superiori significatu propositum explicatumque.

## §. XXXVII.

Enim vero salua res est, quandoquidem non solum unus homo plures sustinere potest personas, sed etiam vna eademque res plures patitur considerationes. Hinc, ait Pufendorfius,

E

Lib.

Lib. I. de Iure Nat. & Gent. cap. I. §. 14.  
 circa naturam personarum moralium simpli-  
 cium obseruamus, quemadmodum unus idem  
 que homo in diuersis statibus sibi non repu-  
 gnantibus, esse potest: ita unus idemque plures  
 veluti personas gerere potest, modo munia, que  
 personas illas comitantur, ab eodem simul obiri  
 queant. Eodem ergo prorsus modo cum rebus  
 etiam comparatum est, ut aliam atque  
 aliam patiantur considerationem. Quapropter,  
 quod ad hypothesis & propositum attinet  
 exemplum, in feudo absolute hereditario feu-  
 dalis quidem qualitas intuitu Domini seu le-  
 nioris se exerit, quatenus hic feudo aperto  
 successionis iure gaudet, fidelitatem recipit,  
 ac inuestituram facit, &c. attamen quod ad  
 possessores attinet, quatenus hi liberrima cir-  
 ca tale praedium dispositione, inter viuos pariter  
 ac mortis caussa, gaudent, eatenus pro allo-  
 diali potius, quam feudali, istud habendum,  
 eodemque respectu magis ex allodio, quam  
 ex feudo descendere videntur seruitia: quod  
 quidem ex memorabili casu, cuius propterea  
 tabulas heic sub finem disputationis adiucimus,  
 vberius poterit intelligi.

Verer-

# Vererbungs-Brief

des Guthes N.

de anno 1653.

W<sup>ir</sup> CURT REINECKE, FREYHERR  
VON CALLENBERG, Herr der Erb-  
Herrschaft Muszau, auf VVettesingen  
und VVestheimb &c. vollmächtiger Landvoigt des  
Margraffthums Oberlausitz und Obrister &c.  
Urkunden und bekennen hiermit öffentlich  
gegen iedermänniglich, Als den DURCH-  
LAUCHTIGSTEN HOCHGEBOHR-  
NEN FÜRSTEN UND HERRN, HERRN  
IOHANN GEORGEN Hertzo-  
gen zu Sachsen, Jülich, Cleve,  
und Bergen &c. Des Heiligen  
Römischen Reichs Ertz Mar-  
schalln und Chur-Fürsten, Land-  
graffen in Thüringen, Marg-  
graften zu Meislen, auch Ober  
und Nieder-Lausitz, Burg-Graf-  
fen zu Magdeburg, Graffen zu

der Marck und Ravensberg,  
Herrn zum Ravenstein &c.

Unsern Gnädigsten Chur-Fürsten und Herrn &c.  
Der Edle, Ehren-Veste von N. des Ordens  
zu St. Marcs Ritter &c. unterthänigst und  
gehorsamst angelanget, dass ietzt Höchstge-  
dachte Ihr Chur-Fürstl. Durchl. Ihme die Hohe  
„Churfürstl. Gnade bezeigen, und sein erkaufftes  
„Guth N. und dessen Pertinentien, aus der Natur  
„des Lehens in Erbe gnädigst verwandeln, und  
„hierauß einen Erb-Brieff deutlich eingerichtet;  
„ertheilen und aufantworten lassen wolten; Und  
dann Höchstermeldte Ihr Churfürstl. Durchl.  
vermöge und Innhalts Deroselben darauff gefolgt-  
ter gnädigster Concession sub dato Dresden am  
29ten August, instehenden 1653ten Jahres umb  
Dero, von dem von N. in seiner deshalben  
eingereichten unterthänigsten Supplication mit an-  
geführtten erheblichen Motiven willen, vornehm-  
lich aber aus Landes-Fürstl. Macht und Chur-  
fürstl. sonderbahnen Gnaden, wohlbedächtig be-  
„williget, und solch Guth N. mit aller zubehö-  
„rungen aus den Lehen in Arth und Eigenschaft  
„eines wahren Erbguths (iedoch der Lehns-Folge,  
„RITTER-DIENSTE, und andern Ihrer Chur-  
fürstl.

fürstl. Durchl. zustehenden Rechten und Gerechtigkeiten unbeschadet) gesetzet und verwandelt, „  
 dergestalt und also: Dals dasselbige nun und ins- „  
 künftige vor ein recht wahres und vollkommenes Allodial und Erb-Guth gehalten werden, „  
 und ihme, dem von N. und seinen Erben, da- „  
 von zu testiren, döniren, und darmit als ihrem „  
 Erb-Guth zuthun und zugebahren, ohne man- „  
 nigliches hindern, freystehen, und zugelassen, „  
 seyn sollte, mit gnädigsten Befehl, diese Ihre gnädigste Bewilligung bey der Ober-Ambts-Cantzley alhier gebührlich zu registriren, und dem von N. auf sein gebührlich An- halten einen Brieff auf ihn, seine Erben und Erbnehmen, Mann- und VVeibliches Geschlechts gerichtet, wie in der gleichen Fällen gebräuchlichen und Herkommens, mit deutlicher Einrichtung obangesetzter Massen, förderlichst ausfertigen zu lassen, auch ihn, seine Erben, Erbnehmen, und Nachkommen, darbey, bis an Hechstgedachte Ihr Churfürstl. Durchl. gebührlichen zuschützen und handzuhaben. Dass diesemnach in der Churfürstl. Sächsis. Ober-Amts-Stelle vor uns, obgedachter von

N heute unterm dato erschienen, und uns allen  
Ambts gehorsamlichen Fleisses ersucher, und ge-  
betheen, dass wir aus Macht tragenden Ambts,  
und in Kraft der erlangten Churfürstl. Gnädig-  
sten Concession, Ihme dessen Erben und Erb-  
nehmern, besagtes Guth N. sammt allen Pert-  
inentien, Rechten und Gerechtigkeiten, nach  
„Erb-Rechts-Natur und Eigenschaft, als ein  
„Allodial bekennen, reichen und verleihen wol-  
ten VVann wir dann diese des von N. seine  
gethanen Ambtsgehorsame Bitte angesehen,  
und benebst betrachtet getreue und an-  
genehme Dienste, so hœchstgedächter Ihrer  
Churfürstl. Durchl. zu Sachsen &c. Unserm  
Gnädigsten Herrn, &c. Er zeithero gelei-  
stet, und hinsührro wohl thun und verrich-  
ten kann, soll und will, erwogen; Als  
haben an statt und in Nahmen, auch Kraft  
erfolgter vorangereegten gnädigsten Concessi-  
on, und Bewilligung obhœchstgedächter  
Ihrer Churfürstlichen Durchl. zu Sachsen,  
Unsers gnädigsten Herrns und aus Macht  
von mehr hœchstgedacher Ihrer Churfürstl.  
Durchl. tragenden Ambts, wir solch Guth  
„N. allermassen solches in seinen Reinen und  
Grän-

Gräntzen begriffen, und Er von N. bis,  
 anhero genossen und gebrauchet, oder mit,  
 Recht und Billigkeit besitzen, innehaben, ge-,  
 niessen, und gebrauchen sollen, können und  
 mögen, sammt allen andern Pertinentien,  
 Ein- und Zugehörungen, Rechten und Ge-,  
 rechtigkeiten, gefüchten und ungesuchten,  
 Nutzungen und Herrlichkeiten, benambt,  
 und unbenambt, nichts weder klein noch  
 gross, das Nahmen haben mag, darvon,  
 ausgeschlossen, zusambt denen sämtlichen,  
 Unterthanen und Richter zu N. mit ih-,  
 ren vollen Landübl. Hoffe - Diensten, und  
 Erb-Zinsen, außer denen hierzu geschlage-,  
 nen fiinf Bauern, so nach N. gehörig,  
 aus der Natur des Mann-Lehns genom-,  
 men, und in die Natur Und Eigenschaft,  
 eines rechten vollkommenen Erb-Guths ver-,  
 wandelt, und mehrbefagten von N. seinen,  
 Erben, Erbnehmen und Nachkommen,  
 Maans und VVeibliches Geschlechts, als ein,  
 rechtes, wahres und vollkommenes Allo-,  
 dium und Erb-Guth gelanget, gereicht,  
 und geliehen; Langen, reichen und ver-,  
 leihen Ihme solches auch hiermit, und in,

Kraft

„Krafft dieses Briffes dergestalt und also : dass er, oft-  
 „gemeldter von N. seine Erben, Erbnehmen und  
 „Nachkommen, Mann- und Weibliches Geschlechts,  
 „mehrgedachtes Guth N. samt allen vorhin erzählten  
 „Pertiinentien, Ein- und zugehörigen, Recht, und  
 „Gerechtigkeiten, Herrlichkeiten und Freyheiten,  
 „allermassen Er und vorige Brützere solches vorhin  
 „und Zeithero innen gehabt, besessen, genossen und  
 „gebrauchen können, und mögen, als sein rechtes,  
 „vvalres und vollkommenes Allodium und Erb-Guth  
 „innen haben, besitzen, genießen, und gebrauchen,  
 „auch darvon zu testiren, doniren, und darmit als  
 „ihrem Erb-Guth zu thun und zu gebahren, ohne  
 „männigliches Hindern, freystehen und zugelassen seyn  
 „sollen ; jedoch aber der hohen Obrigkeit an Lehen,  
 Föllgen, DIENSTEN und andern zustehenden Herrlichkei-  
 ten und Gerechtigkeiten, vvie auch sonst männigli-  
 ches vorgelienden beeweisslichen Rechten unschädlich.  
 Hierbey seynd als Erb-Zeigen gewesen, die Edlen, Eh-  
 renvesten, Hochgelahrten und Wohlveisen von N. N.  
 Zu Uhrkund haben wirr unser grösser Ober-Ambts-  
 Secret diesem Brieff wissenschaftlich anhangen lassen, der  
 gegeben ist auffm Churfürstl. Sächsl. Schlosse zu Bu-  
 disin, am zehenden Monaths-Tag Octobris, nach Chri-  
 sti unsers Einigen Erlösers und Seeligmachers Geburth  
 im Sechzehn Hundert Drey und Funfzigsten Jahre.

(L.S.) C. R. Freyherr  
 von Callenberg.

F I N I S,

CLARISSIMO  
IOH. HENRIC. BELOVIO  
IVR. CANDIDATO PEREXIMIO  
SAL. PLVR. DICIT  
PRÆSES

**I**n signe profecto divinæ sapientiæ est documentum, quod honores virtutum præmium constituerit, atque has cum illis perpetuo quasi nexu copulaverit, vitiis vero dedecus, infamiam, omnisque generis mala destinaverit: per id enim efficitur, ut homines recta ratione prædicti, virtutes eo magis sectentur, easdemque normam suarum actionum eligant. Etsi enim vita morumque honestas per se adamari meretur, gloria tamen ad illam amplectendam immensum calcar addere solet. Ita enim jam sua ætate celeberrimus orator, *trabimur*, ait, *omnes laudis studio*, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Philosophi etiam in libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inferunt: in eo ipso, in quo prædicacionem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. Quo ipso is virtuosarum actionum & laudis inseparabilem conjunctionem recte indicat & approbat, ut

F

hinc

nequaquam reprehendendus, sed omnibus potius elogiis exornandus sit ille, qui laudabilibus gestis nominis famam aucupari conatur. Id ipsum cum in Te quoque deprehendam, clarissime Doctorande, non possum non tuum deprædicare ardorem, qui omni studio hactenus allaborasti, ut eruditioinis pariter ac virtutis præmium consequereris, atque hac ratione aliis exemplo præires, quo consimili studio viam eandem calcent, q[uod] ad nominis dicit immortalitatem. Cumque jam propositam metam attigeris feliciter, ego de honoribus conferendis Tibi ex animo gratulor, & ut hosce adhuc plures cumulatim sequantur, atque omnia cœpta tua ex voto fluant exopto. Dabam e museo d. xxvi. Octobr.

A. O. R. M DCC XXIX.

Ioh

**S**ch höre durch die Lüfft Glück zu!  
die Mäusen schreyen/  
Glück zu! den Docter-Hut/ der  
unsern Belau ziert,  
Den wir schon lange Zeit ihm mu-  
sten prophezeihen/  
Weil er das Licht und Recht stets an der  
Brust geführt.  
**G**lück zu! Glück zu! Glück zu! so will  
ich auch mit russen/  
Denn wer den Below kennt/ der gönnt ihm  
diese Ehr/  
Dass ihn die Themis setzt auf ihrer Priester  
Stufen/  
Da zu wohl keiner kommt/ der in der  
Weisheit leer.  
**H**ochwehrter Freund, disz ist ein Schatz/  
der nicht vermodert/  
Der mit dem schönen Glanz auch lacht die  
Nachwelt an/  
Ein ewig Licht im Grab/ das nimmermehr  
verlodert/  
Ein Wecker/ der den Geist von Schlaff  
ermuntern kan.

So zieh' / Hoch-Edler Freund nunmehr zu  
den Deinen  
In diesen netten Schmuck/ es folge Preis/  
auf Preis/  
Gott lasse auf dich stets des Glücks-Sonne  
scheinen/  
Er gebe Dir im Schlaff/Was andre Müh'  
und Schweiß/  
Und vieles kauffen kost : der Frühling deiner  
Jahre  
Sey eine Lecker-Speis/ daß sich nach  
deinen Sinn  
Ein angenehmes Kind mit seinem Doctor  
paare/  
Und du als Praeses machst auch eine Doctorin.

So wünschet mit aufrichtigen  
Gemüthe, des Herrn Doctoris,  
seines vornehmen Freundes  
und Gönners

Ergebenster Diener

Nic. Wilh. Dresel D.

s T

**S**och Edler Herr und Freund an die-  
sen Ehren Tag  
Soll meine Schuldigkeit nicht gar  
zurücke bleiben/  
Ob ich gleich sonst nicht gern in Versen  
schreiben mag.  
Wie aber soll mein Kiel dein Lob zur  
Höhe treiben/  
Als du es wohl verdienst? Nein! Dir ge-  
fällt es nicht/  
Du hörst dein Lob nicht gern. Drum will  
ich nicht lang reimen/  
Ich schließe/ wenn mein Mund nur diese Syl-  
ben spricht/  
Dein Glück soll Federn hoch aus seiner  
Wurzel keimen.

Dem Herrn Doctori hat sich mit die-  
sen geringen Zeilen glückwünschend  
recommendiren sollen  
**Johann Heinrich Ludewig**  
Jur. Pract.

MS 50

F 3

Cer-

Cernis, ut in clari spaciament  
lumine solis  
Sectari nunquam non solet um-  
bra comes.  
Sic doctos etiam, sic Te comitan-  
tur honores;  
Quos læto ex animo grator, A-  
mice TIBI.

Amoris & benevolentiae ergo fausta  
quæque Prænobilissimo consultissimoque Dn. Doctorando precatus  
scripsi

P. L. Wildvogel.

---

**S**chätzbarer Patron, so geht  
es dem Gelehrten/  
Der mit belebten Fleiß in Pallas  
Schule geht.

Man


Man schreibet ihn nicht ehr zur Anzahl der  
Geehrten/  
Bis mancher trübe Wind die Nase ange-  
weht.  
Ließ dort das stolze Rom dem keine Krone  
tragen/  
Und durfste er nicht ehr zum Ehren-Tempel  
ein/  
Der nicht zuvor gewußt mit Eyd und Schwur  
zu sagen/  
Wie durch der Tugend-Thür die Tritte  
müssten seyn.  
So ist auch warlich der nicht eher hoch zu-  
schäzen/  
Der von gelehrter Welt die Ehren Lorbeer  
nimmt/  
Er wisse denn zuvor sein Leben ein zu-  
räzen  
In des Altares Fuß/ wo Tugend-Feuer  
glimmt.  
Und Hochgelahrter Mann/ das kan Ihr We-  
sen zeigen/  
Wie wahres Wohlergehn bey muntern  
Fleiße lacht.

Die

Die mit gesetzter Krafft die steilen Felsen stei-  
gen/  
Bis einst ein Ehren-Stand das Saure  
süße macht.  
Drum wenn der Götter Pracht derselben  
Scheitel schmückt/  
Und sich ein schlanker Zweig um ihre  
Schlässe legt/  
So wird von meiner Schuld ein Mährthen-  
Blat gepflückt/  
Das nichts als Redlichkeit in seiner Farbe  
trägt.

Dieses wünschet

Ein aufrichtiger Diener.



6078

Jena, Diss., 1723

**ULB Halle**  
006 623 158

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISPVATI<sup>o</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

SERVITIIS FEVDALIBVS  
EX ALLODIO PRAESTANDIS

QVAM

ADSPIRANTE DIVINA GRATIA

RECTORE ACADEMÆ IENENSIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO

DOMINO

WILHELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE VVESTPHALIAE ET RELIQUA

EX DECRETO

INCLVTÆ FACVLTATIS IVRIDICÆ  
SVB PRÆSIDIO

VIRI ILLVSTRIS ET EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CHRISTIANI WILDVOGELII

ICTI CELEBRATISSIMI SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSILIARI INTIMI CVRIÆ PROVINCIALIS ADSESSORIS  
FACVLTATIS IVRIDICÆ ET SCABINATVS SENIORIS  
ITEMQE IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS NEC NON  
CODICIS ET NOVELLARVM PROFESSORIS  
PVBLICI ORDINARII

PATRONI AC PROMOTORIS SVI PIE COLENDI  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQUENDIS

PVBLICÆ ERVITORVM DISQVISITIONI

IN AVDITORIO ICTORVM HORIS CONSVENTIS ANTE ET POMER.  
SVBIHCIT

IOANN HENRICH BELOVV Salzenf

AD D. XXX, OCTOB. M DCC XXIII.

IENAE, TYPIS IOH. ADOLPHI MULLERI.